



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Quæ beneficiorum condiciones exprimendæ sint in mandatis Apostolicis
obtinendis. §. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

§. III.

Quæ debeat executor Apostolicus verificare, priusquam gratiam exequatur.

- 1 Veritatem narrationum explorare debet, esto litteræ in forma gratiæ expeditæ.
- 2 Onus probandi narrationem prouiso comperit.
- 3 Si litteræ in forma digni expeditæ, debet insuper verificare dignitatem prouisi.
- 4 Si noscatis idoneus, an debeat executor te examinare? Negat Sanch. Affirmat Garcia, Conciliatur hæc sententia.
- 5 Quid si examinatus reperit i. indignus, an possit executor alij examini te subicere? Subdistinguitur respondetur.

Si litteræ beneficiales expeditæ sint in forma gratiosa, obligatus non est executor verificationem aliquam iudicalem facere, sed extra iudicialiter se informare potest de veritate narrationum. Hanc informationem ante omnia præmittere debet, ut gratia executioni mandari possit, quia iuluper gratia habet tacitam conditionem, si preces veritati nitantur, c. 2. de rescript. leg. fin. in princip. Cod. de diuersis rescript. Si autem addit contradictor, præmittere iudicalem informationem narratorum debet; quia partes iudicis assumit. Næquam tamen teneatur explorare dignitatem prouisi, quia iam præsupponitur explorata ante gratiæ concessionem, ideoque vocatur prouisio in forma gratiosa. Neque in hac parte esse potest contradictor executionem impediens. Sic doctores referendi.

2 Onus probandi narrationem competit prouiso, quia ipsi competit iustificare suam gratiam & probare veritatem dixisse in narratione. Caius de Gratia deest. 7. num. 3. Flamin. Parisius l. 3. quasi. 2. num. 44. & l. 10. quasi. 3. a num. 1. Gonzalez in annotat. ad nulli. Et arant. gloss. 9. num. 130. Garcia 6 p. de benefic. num. 161. & 189. Huic oneri satisfacit semiplena probatio in his, quæ non sunt gratiæ fundamentum, sed illius causa motiua, & impulsiva, qualia sunt in hac ætate esse constitutum, his qualitatibus esse præditum, beneficium tanti valoris existere, & similia, secus vero in his, quæ gratiæ fundamentum sunt, quorumque in contrarium est iuris præsumptio, ut si impetrasset beneficium, eo quod reseruatam sit, vel alteri collatum simoniace, vel ante legitimam ætatem: tunc enim plenè probanda est narratio, quia nec reseruatio, nec delictum præsumitur, nisi probetur, & pro libertate beneficii, & pro possidente est iuris præsumptio. Garcia num. 172. & latus num. 225. & seqq. vbi variis decisionibus Rotæ comprobatur.

3 Si autem litteræ beneficiales expeditæ sint in forma digni, tenetur executor ultra verificationem narrationum explorare dignitatem prouisi, scilicet te legitimam esse ordine Ecclesiastico insignitum, ætate competenti, bonis moribus, sufficiensque scientia præditum. Quod si hanc informationem omiserit, collatio facta nulla est, tamen tu prouisus dignus existas, quia sub conditione, quod idoneus cognoscatur, collatio executori faciendâ conceditur, ut constat ex illis verbis, si per diligentem examinationem illum idoneum esse repereris. Ergo si ante collationem non reperit executor te idoneum, cito tu idoneus sis, nulla est collatio, ut pote contra formam facta. Sic Sanchez de matr. lib. 3. disp. 33. n. 4. & l. 8. disp. 34. n. 26. & disp. 35. n. 16. Garcia 6 p. de benefic. c. 2. n. 258.

4 Difficultas est, an teneatur executor te examinare, si idoneus esse noscatis? Negat idem Sanch. loquens de dispensatione, l. 8. disp. 17. num. 12. & disp. 34. num. 24. & disp. 35. num. 16. Mouetur, quia in manifestis nulla est opus examinatione, cap. manifesta l. 9. 1. Sed non est credendum Pontificem velle actum inutilem fieri, Ergo eius præcipit examinationem præmitti ut, dignitas prouisi cognoscatur, intelligi debet cum alias nota non est.

Conterarium affirmat Garcia supra num. 259. & seqq. & ait collationem factam examine non præmissa, esse nullam. Mouetur, quia est facta contra formam mandati, quæ requirit te idoneum esse repletum per diligentem examinationem. Ergo si examinationem non præmittis, quantumvis te idoneum, esse cognoscat, non satisfacis formæ, seu conditioni in mandato contentæ: & à simili probari potest ex Trident. [decreto sess. 24. cap. 18. de reforma. vbi prouisio parochialis non præmissa examine annullatur quantumvis fiat de persona notorie idonea.

Cæterum conciliari possunt hæc sententiæ, si media via procedamus. Exillimo namque cognitionem priuatam tuæ dignitatis non exulare executorem ab examine præmittendo: quia executor obligatus est tuam dignitatem iudicè cognoscere, antequam de beneficio prouideat. Nam cum publicè constare debeat de potestate executoris, & de valore prouisionis, publicè etiam debet constare de tua habilitate, siquidem sub hac cognitione, & non aliter executori iurisdicchio conceditur. At si tua dignitas publica, & notoria est, executorque comprobatur notorietatem, non tenetur alio examine vti, quia satis examinatus tua dignitas illa notorietatis comprobatione: fuit. Gloss.

cap. Qui sine examinatione, verbo sine examinatione, dist. 87. c. 6. fin. verbo qui concubinas, dist. 51. vbi tanquam certum supponitur in notis nulla esse opus examinatione. Et confirmari potest ex doctrina ipsius Garcia 6 p. de benefic. c. 3. n. 269. dicitur executor rem, si te remittit examinandum alicui quoad examinatori ipseque examinator, quia satis cognitam habet tuam idoneitatem, absque vilo examine schedulam approbationis concedat posse ad prouisionem procedere; quia satis per approbationem examinatoris ei constat de tua dignitate. Ergo ad legitimam prouisionem sufficit iudicæ cognitio de idoneitate prouisi, tamen examen propriè non procedat.

Neque obstat in parochialibus prouidentis per concursum examen esse requiritum, quantumvis prouidentis idoneus sit, & probetur, quia in supradicto decreto Trident. hæc forma examinationis per concursum præscribitur. At in prouisionibus Apostolicis non præscribitur examen concursus, sed solum examen idoneitatis, cui sufficienter creditur satisfactum, si certibus dignitas prouisi comprobetur.

5 Sed quid si examinatus reperit indignus, poteritne executor te iterum examini subicere, & digno reposito beneficio conferre? Negat Garcia d. 6. p. de benefic. cap. 2. num. 254. & mouetur, quia executori conceditur potestas tibi conferendi beneficium, si per diligentem examinationem te idoneum esse repereris. Ergo te idoneo non reposito cessat executoris iurisdicchio. Verum namque illa per diligentem examinationem, de prima examinatione intelligi debent, ex reg. leg. bones. §. hoc sermo, ff. de verbor. significat. alius per malum tempus expectari potest, ut habili redderis, & pluries examini, ut saltem aliqua vice sufficiens videaris, quod alium est à ratione, præcipue in parochialibus, vbi peracto examine tenentur examinatores denuntiare qui fuerint idonei reperi.

Placet mihi hæc doctrina, si supponamus te ab examinatore indignum esse iudicatum. Quia iam executori constat de tua inhabilitate per diligentem examinationem, & cessat executoris conditio, sed quia examinatoris declarationem, possunt superedere, & examen inchoatum relinquere in aliud tempus perferendum si illo tempore, quo examen perficiendum est, te dignum inueniant, & sic declatent, poterit executor vitæ huius declarationis te beneficio prouidere. Quia per diligentem examinationem dignus repletus es, & nunquam repletus indignus. Neque dici potest te bis esse examinatum cum priorem examinationem declaratio subsæpta non fuerit, solum enim semel examinatus te diligenter; esto duplici tempore examini fuit subiectus, contingant namque illæ vices vnicum examen.

§. IV.

Quæ beneficiorum conditiones exprimentæ sunt in mandatis Apostolicis obtinentis.

- 1 Plures exprimi debent.
- 2 Narrare debes esse clericum legitimum nullo modo impedimento affectum.
- 3 Narrare debes beneficia obtenta, si que habes.
- 4 Item quolibet ius ad beneficium.
- 5 Aliqui censent pensionem habitam exprimentam esse, sed non videtur certum.
- 6 Item debes dignitatem exprimere, si quam habes.
- 7 Beneficij per vim possessi non videtur mentis necessaria sciendâ.
- 8 Qualiter obligatus sis exprimere, si plures fuerint dispensati.
- 9 Qualiter patrimonium, & præsimonium laicale, & pensionem narrare debeas in impetratione beneficii.
- 10 Si qualitatem beneficii impetrati non exprimis, gratia vacat.
- 11 Vnde nulla est gratia beneficii curati, cura non expressa.
- 12 Item gratia beneficii iurisdictionis non expressa hæc qualitate.
- 13 Et beneficii Ecclesie cathedralis tacita hæc qualitate.
- 14 Et beneficii residentiam requireris si illius residentia non facias mentionem.
- 15 Si beneficium tanquam curatum impetretur, cum tamen simplex sit, vitiatur gratia.
- 16 Subrepticia est gratia beneficii non expresso eius valore, vel false expresso.
- 17 An motus proprius excuset hoc vitium.
- 18 Si est beneficium electivum, & tacens, vitiatur gratia.
- 19 Si secularis sit, beneficij regulare impetres, nulla est impetratio.
- 20 Si sub nomine beneficii hospitale impetres, quod beneficium non est.
- 21 Item est nulla gratia, si beneficium vnicum impetres tantum vni.
- 22 Item si beneficium est monoculare, neque qualitate manifestâ.
- 23 Item si narres beneficium vacasse per obitum, cum vacet per resignationem.
- 24 Item si sit de beneficio affecto, neque affectionem declaras.
- 25 Si beneficium à te occupatum suis titulis impetres tacita intrusione.

- 26 Si beneficium alteri aequo principaliter unum impetres tacita ratione.
- 27 Quid si beneficium ecclesie inferioris impetres tacito sancto illius ecclesie?
- 28 Si est impetratio contra statum, neque statutum manifestas, est nulla.
- 29 An vitetur rescriptum, si alterius colorati tituli mentionem non facias.
- 30 Vitatur rescriptum, si omittas narrare alterum esse in beneficio possessione.
- 31 Annalis deventio in beneficio reservato non videtur necessaria exprimenda.
- 32 Ut tamen si aliqua sit etiam super possessione, est exprimenda.
- 33 Supradicta procedunt in impetratione a Pontifice, si eius ab ordinario.

VT executor apostolicus munere suo recte fungatur, explorare debet an expressis conditionibus necessario in mandatis apostolicis exprimendas, quia iis non expressis impetratio subrepticia censetur, aliquas autem §. 3. dicitur in presentibus que desiderantur. Has conditiones explicat late Felinus cap. in nostra, de rescriptis. Ioan. Selua tr. de benef. 3 p. 9. 11. quas ad tria capita redoxit Men. lib. 2. de arbit. casu 201. a. n. 32. Primum est ratione personarum impetrantis. Secundum est ratione qualitatis beneficii quod impetratur. Tertium ratione iuris, quod in beneficio impetrando alteri competit, quem ordinem sequitur.

1 Ex primo capite inquit Menoch. num. 33. narrare debes te clericum esse legitimum, idoneum, nulloque vitio inuoluntum. Sed licet haec in impetratione necessaria sint, non tamen necessaria sunt, si illorum factis mentionem, qui iure ipso supponuntur. cap. cum adeo. de rescriptis. ca. causam qua. de electione. Et c. ex litteris. de transact. Et ibi gloss. Et notavit Azor. 2. p. in sp. mor. l. 6. c. 33. q. 1.

2 Secundo inquit Menoch. num. 41. narrare debes beneficium obtenta si qua habes. cap. ad aures. cap. cum adeo. cap. postulat. si. cap. audientiam. 2. cap. in nostra. cap. si proponente. de rescriptis. Et cap. si motu proprio. de praebendis. in 6. Ratio est, ut ambitionis via pracludatur, & ne alius, vel ecclesia sequatur prauidendum, si plura beneficia vni conferantur. Quod procedit, etiam si beneficium habitum tenue sit, & insufficientes ad vitae sustentationem, ut ex dictis iuribus clare constat, & tradit Azor. 2. p. lib. 6. cap. 33. q. 3. Nam licet in cap. si cui. Et cap. non potest. de praebendis. in 6. deatur mentionem faciendam esse beneficii ad vitam sufficientis, cum non negetur insufficientis faciendam esse mentionem, si tamen manere debet decilio d. cap. si motu proprio. Et cap. si proponente. ex quibus colligitur cuiuslibet beneficii faciendam esse mentionem. Tenue namque erat beneficium, cuius mentio fit in in cap. proponente. de rescriptis, quia dolo negavit se beneficium habere, nulla fuit gratia facta. Neque haec obligatio cessat ex eo quod illo beneficio obtento spoliatus fuerit, cum per spoliationem titulum non amiserit, illius mentionem facere debes. Menoch. dicto casu 201. num. 4. Et idem est, esto beneficium habito renuntiasse, dummodo renuntiatio admissa a superiore non sit, quia adhuc retinet titulum beneficii. Menoch. num. 47. Quod si solum promissum renuntiare, existimat Menoch. num. 48. cum Felino. non solum beneficii haberi, sed etiam huius promissionis te obligatum esse facere mentionem, quia potes beneficium, & perfectionem illius obtinere, quibus locis non sit promissio. Ceterum ego de hac extensione maxime dubito. Tum quia optime potes beneficium secundum obtinere, & promissioni satisfacere, ante captam secundi beneficii possessionem primo renuncies. Tum quia ex nullo textu colligitur huius promissionis faciendam esse mentionem. Neque valet dicere, Pontificem non concessurum secundum beneficium, si sciret factam esse promissionem renunciationis primi. Quia est qualitas extrinseca neque a iure praescripta, ideoque concessio non immutat. Sicut si sciret Pontifex aliquos defectus, & peccata a te commissa, beneficium non conferret: at quia non tenetis illos declarare, ex illorum taciturnitate non redditur collatio nulla. Haec obligatio exprimitur beneficium habitum, non tollitur ex eo quod beneficium manuale sit. Nam textus in cap. si proponente. de rescriptis. generaliter loquitur de quolibet beneficio habito in titulum. Menoch. num. 46.

3 Imo non solum cuiuslibet beneficii habiti, sed etiam iuris ad illud obligatus es facere mentionem, ut satis colligitur ex cap. ad audientiam. el. 2. cap. in nostra. de rescriptis. Quocirca si praenotatus, vel e contra es ad aliquod beneficium, vel illius collationem habes, esto non acceptatam exprimere debes. Menoch. num. 43. Azor. 2. p. lib. 6. c. 33. q. 5. Hoc autem intelligi debet, nisi illius iuris probabilem ignorantiam haberes: haec enim excusat gratiam a subreptione, ut expressis habetur cap. gratia. de rescriptis. in 6. vbi. cum tempore impetrationis nescires, & multis allegatis docet. Menoch. dicto casu 201. n. 52. Azor. 2. p. l. 6. cap. 33. q. 5. At Basil. Legione. lib. 8. de matr. cap. 17. §. 3. n. 19. affirmat non ob ignorantiam reddi gratiam validam, sed quia ante scientiam collationis, & illius acceptationem dici non potes beneficium habere. Verum, esto beneficium non habas, habes

tamen ius ad illud, cuius mentionem facere debet, alius dolo non ageres, si sciens tibi factam esse collationem, nec repudiaris, neque admittes, ut secundum obtineres beneficium, quia dolo dici non potes agere, cum iure proprio vitis.

4 Supradictam doctrinam extendit Menoch. casu 201. n. 51. ad pensionem ecclesiasticam, quam si habeas, exprimere debes in impetratione cuiuslibet beneficii. Quia loco beneficii haec pensio succedit, esto beneficium rigorosum non sit. Sed haec extensio non est ita certa, cum obligationes extendenda non sint ultra proprietatem verborum; & contrarium docet Basil. supra num. 17. Azor. 2. p. in sp. mor. l. 8. c. 12. q. 14. nisi ad titulum paupertatis beneficia a Pontifice obtineres.

5 Tertio inquit Menoch. num. 40. narrare debes dignitatem, si in ea reperiaris, quia ita cauetur in cap. ad aures. de rescriptis. Quod non solum verum habet, cum maiora beneficia impetras, ut dicit Menoch. sed etiam maiora obtineas. Nam esto textus in cap. ad aures, solum de obtentione minorum loquatur. At alij textus generaliter de qualibet beneficii obtentione loquuntur, ideoque in obtentione cuiuslibet beneficii etiam maioris mentio faciendae est de dignitate. Adde cap. ad aures, solum de beneficiorum minorum obtentione loquitur, quia nullum beneficium maius dignitate est, esto inter ipsas dignitates una sit maior altera.

6 Quarto inquit Menoch. num. 45. te debere mentionem facere beneficii per vim possessi. Mouetur, quia violenta commissio forte retardabit Pontificem a beneficii concessione. Frustra enim legem implorat, qui in legem deliquit. Sed haec ratio mihi non probatur, alias obligatus esses huius delicti mentionem facere, tamen si beneficium non possideres, sed ab illius possessione cessasses, quod nullo iure cautum videtur. Credet tamen si beneficium de facto possideres, esto non de iure, te obligatum esse illam iniquam possessionem manifestare, quia absolute beneficium habes. Adde si si beneficium absque titulo legitimo possideres, vitium incurris intrusivum. Debes ergo ab hoc vitio absolui, ut capax beneficii censaris, ab illo absolutus neficio quam ob causam in impetratione beneficiorum illius facere mentionem debes.

7 Quinto inquit Menoch. num. 39. te obligatum narrare alias dispensationes, si pluries fuisti dispensatus ratione plurium defectuum. Sed hoc intelligendum est casu quo dispensationes inter se sunt connexae, & ad eundem finem ordinatae, ut satis tract. de reg. iur. vlt. §. 4. diximus.

8 Sexto debes narrare patrimonium, si quod habes; praecipue, si ad illius titulum fuisti ordinatus, quia videtur loco beneficii subrogari. Sed hoc intelligendum est, ut bene explicat Azor. 2. p. in sp. mor. lib. 6. cap. 33. q. 8. casu quo tibi beneficium conferatur titulo paupertatis. Quia cessat fundamentum concessionis, si patrimonium habes. Idem quod dictum est de patrimonio dici debet de praetimoniis, & pensionibus temporalibus seu laicis ad vitam concessis. Secus si solum pro limitato tempore concedantur, quia cum illa limitata concessio te a paupertate non liberet, illorum mentionem facere non tenetis. Azor. 2. p. vlt. ex quo fit. Aduerte supradicta intelligenda esse casu quo gratia beneficii proprio motu concessa non fuerit. Nam si non proprio concedatur, valet gratia, tamen si beneficii obtentis mentionem non facias, ut expresse habetur cap. si motu proprio. de praebendis. in 6. Et element. si Romanus. eodem tit. ibi si Romanus Pontifex de beneficio alicui motu proprio provideat non habita mentione provisionem, seu gratiam huiusmodi fore validam declaramus. Quia cum haec gratia ex mera principis libertate procedat, praesumitur concessurus, etiam si veritatem nescit, sic vniuersos doctores docere testatur Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 21. num. 47. Haec ex primo capite.

9 Ex secundo capite, nempe ex beneficio impetrato, vitatur gratia, si qualitas beneficii expressa non fuerit, eo quod gratia tunc voluntaria non est, cum illam Pontifex non cognoscat: sic doctores referendi.

10 Ex quo fit primo gratiam vitari beneficii curati, si curam animarum beneficio annexam non exprimas: quia sub nomine beneficii in mandatis apostolicis de providendo, simplex venit intelligendum, & non curatum, ut colligitur ex cap. ex in illis de praebendis. in 6. cap. pro illorum. eodem tit. sic Menoch. multis relatis lib. 2. de arbitrar. casu 201. v. 61. Azor. 2. p. in sp. mor. l. 6. cap. 32. q. 1. Et c. 33. q. 11. Quod verum habet inquit Menoch. num. 63. esto beneficium curatum non obligatus sis per te ipsum deservire, adhuc tenetis illius curam mentionem facere. Quia absolute beneficium curatum estimo esto motu proprio gratia concessa sit adhuc tenetis curati facere mentionem. Quia motus proprius, tamen si subreptionem tollat ex parte impetrantis. cap. si motu proprio. de praebendis. in 6. non tamen tollit subreptionem, quae ex te ipsa, & ex parte concedentis prouenit, hoc est, non firmat gratiam, quam concedens facere non intendit. cap. cum nullus. de praebendis. in 6. Et cap. si cui eodem. Menoch. num. 64. et 201. q. 11.

11 Secundo fit vitari gratiam beneficii iuris patronatus, si tacite qualitate beneficium impetres. Quia non creditur Pontificem prauidicare velle patronis. Menoch. multis relatis.

Ferd. de castro Sum. Mor. Pars II.

n. 71. Azor. *supra*. q. 6. c. 9. 11. Excipit tamen Menoch. n. 72. beneficium patronatus vacans in curia super quo pendet lis inter patronos; quia de hoc patronatu, cum firmus non sit, & certus, non curat Pontifex.

13 Tertio fit vitari gratiam beneficij ecclesie cathedralis, si huius qualitatē mentionem non facias. Quia sub nomine beneficij in mandatis ambiciofis non venit beneficium in cathedrali situm. *cap. quamuis*. el. 1. de *prebendis* in 6. Menoch. n. 73.

14 Quarto fit vitari gratiam beneficij residendam requirentis, si huius residendi non facias mentionem. Nam esto omnia beneficia residendam requirant, *ex cap. vlt. de clericis non residētibus*. At consuetudine prescriptum est simplicia beneficia libera esse à residenda. *cap. gratia*. de *rescriptis*. in 6. Cum ergo sub nomine beneficij simplex intelligitur, efficitur sanè intelligi etiam à residenda exemptum. Ergo in concessione beneficij non venit beneficium residendam requirens, & consequenter non tenet concessio. Menoch. n. 74. Azor. q. 11. Excipit tamen Menoch. n. 77. aliis relatis, si motu proprio esset facta concessio, quia tunc (inquit) residendi qualitas non expressa non vitari. At hæc exceptio mihi non probatur, cum qualitas beneficij concessi natura explicari. Quoties enim qualitas beneficij intrinseca tatur, gratia etiam motu proprio concessa non subsistit, vt relato Abbate, & aliis, docet Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 21. n. 51*. Deinde si motus proprius, vt super diximus ex iplo Menochio, non excusat expressionem qualitatē curæ, neque etiam excusare debet residendi expressionem; cum vtrique qualitas ad substantiam gratiæ pertineat.

15 Quinto fit vitari gratiam si beneficium tanquam curatum, aut residendam requirens conferatur, cum tamen simplex sit, quia ignorat Pontifex quam gratiam concedat, Menoch. n. 76. Neque obstat fore, vt facilius concederet, si sciret simplex esse. Nam esto hoc verum esset, quod non est certum, cum aliquas speciales rationes habere possit ad concedendum beneficium, residendam expostulans, quæ in simplicibus non procederet. At cum non sciat naturam beneficij, quod confert, non potest talis collatio illi voluntaria esse, et motu proprio fiat concessio.

16 Sexto fit vitari gratiam beneficij, cuius valorem in impetratione non exprimis, aut falso exprimis, vel augendo, vel minuendo notabiliter. Nam esto ex iure communi non sit opus valoris expressione ad beneficij impetrationem, cum qualitas beneficij à valore non pendat. At cum in regulis Cancellariæ statutorum sit huius esse faciendam mentionem, aliis impetrationem fore subrepticiam, efficitur hoc omnino seruandum esse: sic Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 201. n. 78*. Thom. Sanch. *l. 8. de dispensat. disp. 21. n. 4*.

17 Sed an motus proprius excuset hanc taciturnitatem valoris, vel illius falsitatis expressionem? Menoch. *supra*. n. 83. affirmat illius taciturnitatem excusare, secus falsitatem, quia quando valor taceatur, non mouet Pontificem ad concessionem, & neque affirmari potest legitime informatum delegatam esse, imo oppositum debet presumi. At cum falsus valor exprimitur, presumi potest ex illius relatione notum esse, ac proinde ex falsa causa, & contra voluntatem ipsius: motus autem proprius nunquam supplet subreptionem commissam contra concedentis intentionem, vt multis docet Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 21. numero 32*. Verum hæc distinctio probanda est in causis, quæ Pontificem mouent ad concedendum, quarum falsa expressio rescriptum vitari etiam motu proprio concessum, vt multis probat Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 21. num. 51*. At valor in beneficiorum concessione est qualitas beneficij intrinseca, cum ius naturam non mouet, siue augetur, siue diminuat: neque est causa, quæ Pontificem moueat ad concedendum: ad summum enim mouet ad acceptionem, vel difficultiorem concessionem. Ergo ex falsa valoris expressione rescriptum motu proprio concessum annullari non potest; si quidem falsi expressio, qua sublati non tollit concessio, etiam si difficultior reddatur, non reddit rescriptum subreptitium, vt multis allegatis probat Sanch. *disp. 21. num. 32. c. num. 52*. & nos diximus *tract. de beneficiis. disp. de priuilegiis. c. de dispensat.*

18 Septimo fit gratiam beneficij vitari, etiam motu proprio concessam, si cum sit beneficium electionum, taceas illius qualitatem. Quia nunquam censetur Pontifex iura electionum derogare, Menoch. plures referens n. 84. consentit Sanch. *lib. 8. disp. 21. n. 50*. & idem efficacius procedit in beneficio ius patronatus lateorum quod nunquam solet Pontifex derogari Azor. *lib. 6. cap. 32. quest. 6. c. cap. 33. q. 11. in fin.* Sanchez *supra*.

19 Octauo fit vitari gratiam beneficij regularis, si cum secularis sit, illud impetres tacita beneficij qualitate, & e contra si regularis sit, impetres beneficium secularitate. Tum quia ignorat Pontifex, quam gratiam tibi concedat. Tum quia ad illam gratiam inhabilis es. Neque hic defectus excusatur ob clausulam motus proprii, quia hæc non supplet personæ impetranti inhabilitatem, vt multis relatis docet Sanch. *supra*. n. 49.

20 Nono fit gratiam hospitalis etiam motu proprio concessam

vitari, si sub nomine beneficij impetres, quia regulariter beneficium non est cum laico concedi posse; & habetur expressè *element. per litteras de prebendis*. ibi. Nulli posse decerni. *ius prouideri nisi hoc in apostolicis litteris cauatur expressè* est enim error commissus in gratiæ substantia, qui ex clausula motus proprii non reparatur Gonzalez *gloss. 5. §. 4. n. 7*. Menoch. aliis relatis, *dicto casu 201. n. 88*. Excipit tamen, nisi ex consuetudine, vel fundatione beneficium esse, vt plura hospitalia sunt, iuxta dicta *disp. 1. de hospitalibus*.

21 Decimo fit beneficium vitatum per se impetrari non potest tacita vitone, etiam ex clausula motus proprii. Tum quia per vitonem extinctum est. Tum quia non preluuntur velle Pontificem iura vitonis dissoluere, potius tamen illud impetrate, si impetres principale; quia ad huius impetrationem accessoria veniunt, Menoch. n. 91.

22 Vnde fit mandata de prouidendo, etiam motu proprio concessa, subrepticia esse, & nulla sit factio de beneficiis monachalibus, hoc est ad collationem vitæ pertinentibus, tacita hæc qualitate. Quia non est credendus Pontifex velle ordinariam collationem vitæ prouisione, quam habet, priuare, iuxta *claus. 1. de sentent. excommunicat. ad finem*, & tradit alios referens Menoch. *lib. 2. de arbitrar. casu 201. num. 94*. Gonzalez *gloss. 5. §. 4. n. 4. c. 5. Azor. l. 6. c. 32. q. 6*. Aduerto tamen cum Menoch. *lib. 2. n. 95. c. 96*. Gonzalez n. 17. beneficium monachale non dicit, si collator illius tantum libertatem collationem habet, tamen simultaneam cum aliis, vel ad alia beneficia præferre, vel eligere potest. Quia cum competat illi aliorum beneficiorum prouisio, absolute dici non potest vitam illi competere, quod ad monachalis qualitatem requiritur.

23 Duodecimo fit, vitari gratiam etiam motu proprio concessam, si nates beneficium vacasse per obitum, cum tamen vacet per resignationem contra. *cap. susceptum. de resignat. in 6*. Ratio est, quia Pontifex presumitur velle gratiam concedere sub illa conditione sibi narrata quod beneficium taliter vacet: sic relatis Felino, & Sela docet Menoch. *dicto casu 201. n. 103*. Azor. *2. lib. 6. c. 33. q. 16. in fin.* Aliquis explanationes huic doctrinæ adhibet Menoch, quas ibi videre potes, Adde, non solum te obligatum esse narrare beneficij vacationis modum, sed etiam per cuius obitum vacauit, si ratione illius indicat reservationem, vt contingit in beneficio vacante ob mortem familiaris Pontificis, vel Cardinalis, quod ob qualitatem petitionis reservatum est. Quia hoc beneficium nullatenus creditur Pontificem concessurum, nisi reservatione eogita. Menoch. *supra*. n. 110. In impetratione vero canonicatus, & præbendæ existimat Menoch. *casu 201. n. 135*. exprimendum esse nomen canonici, ob cuius obitum vacat præbenda. Quia ita ferat stylus curiæ, sed non credo ita necessarium esse hanc expressionem, vt si in nomine error commissus sit, rescriptum vitatum, cum neque ad substantiam gratiæ, neque ad facilitatem concessionem pertineat. Si autem impetres beneficium, nullo vacationis modo expresso, non est gratia subrepticia: quia omnis vacationis modus intelligitur: vt be ipse Menoch. n. 100. notauit. Declarat tamen primò vt non procedat, cum impetratur rescriptum gratiæ *si neutri*; quia tunc exprimendus est vacationis modus, eo quod mouere potest Pontificem ad concedendum vel denegandum illam nouam gratiam super qualis agitur. Declarat secundo, vt non procedat, cum electionis decretum superioris præsentatur ad confirmandum electionem, quia tunc vacationis modus exprimendus est. Ex ratio esse potest, quia alius non constabit de legitimatione actus.

24 Decimo tercio fit gratiam nullam esse, etiam motu proprio concessam, si sit de beneficio affecto, & qualiter hanc non exprimas. Quia hac qualitate non expressam Pontifex beneficium prouidet, censetur liberum prouidere. Menoch. *casu 201. n. 128*.

25 Decimo quarto fit, gratiam reddi subrepticiam, si impetres beneficium, quod sine legitimo titulo occupasti, tacita hac materia possessione; quia vitium intrusionis non excusat clausulam motus proprii: sic aliis relatis, Menoch. n. 129.

26 Decimo quinto fit, reddi gratiam nullam, etiam motu proprio concessam, si beneficium alteri vitatum æque principaliter impetres, non facta vitonis mentione; quia non est presumendum velle Pontificem iura vitonis dissoluere, nisi id clare exprimeret si tamen, confers beneficium adderet clausulam cum annexis, & pertinentiis vitæ huius additionis, valida esset impetratio: quia iam exprimit Pontifex se velle beneficium illud inter te vitari tibi conferre, neque vnum ab alio ditinguere. Menoch. n. 133.

27 Decimo sexto (inquit Menoch. n. 134.) esse gratiam subrepticiam, si beneficium ecclesie inferioris impetres, & sanctum illius ecclesie non exprimas, quia hæc expressio videtur necessaria, vt Pontifex intelligat quod beneficium conferat. Verum si aliunde de corpore beneficii constat, credo omnino huius nominis, aut errorum in illo non vitare gratiam. Illud tamen reputo certum, beneficium sit Ecclesie cathedralis, & tacita hac qualitate impetres, nullam esse impetrationem, quia in absoluta beneficij concessione qualificatum non comprehenditur, vt aliis relatis probat Gonzalez *gloss. 10. in prin.*

28 Decimo

28 Decimo septimo erit gratia nulla, si stante Ecclesie statu impetrationem impediens illius non facias mentionem, quia non est credendum Pontifici iuribus Ecclesie velle derogare, nisi id clarè exprimat Menoch. dicto casu 201. n. 136.

29 Ex tertio capite, nempe ex iure quod alteri in beneficio impetrato competit, inferit. Menoch. dicto casu 201. n. 138. rescriptum vitari, si alteri collatum sit beneficium, et ideo acceptatum non sit, tu verò in impetratione huius iuris, quod est ad beneficium, non meminit: quia non est credendum pontificem velle collegi ius alteri quæsitum. Et idem est de electione, postulatione, aut presentatione. Menoch. num. 149. Quocirca nisi dicat, non obstante collatione, electione, presentatione alteri facta, huic iuri nullo modo et dendum est derogari. Menoch. 143. imo, vt tradit Azor, 2. part. in fin. moral. lib. 7. cap. 31. q. 2. clausula illa non obstante iure alteri quæsitum debet intelligi de iure inuálido nisi aliud verbis expressit, manifeste.

30 Secundo inferit Menoch. num. 139. te debere narrare, si alter sitin beneficii possessione cap. cum nostris. de concessione prebenda: quia satis habet ius quæsitum, dum de illegimitate possessionis non constat. Verum si concedatur rescriptum cum clausula vocatis vocandis, vt regulariter concedi solet; tunc et si non meminit colorati possessoris, non est vitium rescriptum: quia tacite in rescripto supponitur ius possessoris examinandum, cum non possit executioni mandari rescriptum nisi prius citetur possessor, & ius illius decidatur. Quod à fortiori procedit, si rescriptum expeditur cum clausula, amota quolibet illicito detentore, quia ex vitio colorata possessio, si quæ sit, exprimitur. Menoch. dicto casu 201. num. 140. & 141. Subdit tamen Menoch. num. 144. colorate possessionis tacite iurisdictionem non obstat valioi rescripto; si præsumatur Pontifici factus fore concessurus, si possessionem illam coloratam scierit, vt contingit, si contra eius reuerentiam esset possessio accepta. Quia nequaquam tali possessioni fauere intendit, tamen si possidens aliquo colorato titulo possidere præsumatur. Et idem videtur esse, cum expeditur rescriptum sub clausula morus proprii quia credendum non est hanc liberam concessionem de negandam fuisse ob illegitimum alicuius possessionem eto coloratam.

31 Tertio inferit Menoch. n. 147. te debere narrare alterius solam beneficii detentionem, vt si beneficii reseruari per annum quam occupauit, eto postea dimiserit. Quia annalis detentio ius aliquod concedere videtur. Ceterum ne cio q. no fundamento hæc conditio firmari possit. Nam annualis possessio coloratum conferendum est, & eius vitium ignoratur, sed cessante hæc possessio non est locus huic colorato titulo, & ex eius dimissione satis colligitur illegitimum fuisse, non igitur opus erit eius mentionem facere.

32 Quarto inferit Menoch. num. 148. te debere licentiam, & processum pendens, & receptionem ad beneficium declarare, si que sint: Excepit tamen, nisi ius sit de possessione: quia tunc (inquit) non impeditur beneficii impetratio. Quod non credo: nam absolutè est beneficium litigiosum; neque credendum est, velle Pontificem derogare ius alicuius, quod ad possessionem præterit, illo non cognito.

33 Pro complemento huius doctrinæ aduertit optime Menoch. d. lib. 2. de arbitrar. casu 201. n. 150. supra dicta procedere, cum beneficium à Pontifice impetrat; secus si ab ordinario. Nam cum ordinarius tam qualitates beneficiorum tum impetrantium conditiones noras habere debeat, ne in visitandis Ecclesiis negligens reputetur, non videtur necessarium eorum illo qualitates beneficii impetrati, cuiusque valioem narrare, neque habitum beneficium exprimere, neque alterius coloratam possessionem: consentit Thom. Sanchez, lib. 8. de matr. disp. 11. n. 4. Secundo aduertit Menoch. que dicta sunt de impetratione beneficiorum, locum habere in beneficiorum pluralitate, itemque in illorum vnione, quia hæc in impetratione difficiliora sunt.

S. V.

Quæ facere debeant executores litterarum apostolicarum in forma breuis de capienda possessione.

- 1 Quando hæc breuia concedantur.
- 2 Ex vi horum breuium non derogatur Trident. decretum Sess. 24. cap. 20. de reformat.
- 3 Executor eorum committitur auditori camera apostolica, vel alio personis in dignitate constitutionis reseruari, seu affectis.
- 4 Nunquam concedantur, nisi pro beneficiis.
- 5 Subreptitium est beneficium si de beneficio litigioso, illiusque non sit facta mentio.
- 6 Hæc breuia sunt ad vilitatem prouisi.
- 7 An possessio nomine camerae capta, possit in alium transferri? Affirmatiue respondetur, neque ad hanc translationem requiritur illius à prouiso apprehensio. Ferd. de Castro sum. Mor. Pars II.

8 Debet executor iure executioni probare, quia in breui narratur.

9 Item an debeat probare reservationem, cum tamen expressè non dicatur esse beneficium reseruum: Probabilior est pars affirmans.

10 Probatio narratiua debet esse perfecta.

11 Est perfecta probatio, si duplice teste probes obisse beneficium in mente reseruari, & beneficium possessisse.

12 An executor quousque detentores, & intrusus citare, & audire teneatur? Prouisor pro & contra, Resoluitur non esse audiendos nisi narratiua infirmet.

13 Omnes fructus, redditus, & proventus dicti beneficii à die citationis prouiso adiudicantur.

14 Appellatione postposita procedere potest hic executor, & qualiter hoc intelligatur.

15 Quid de illa commissione sub conditione, vt breui prius paritum sit.

16 Prouisor, ad cuius commodum nomine camera possessio capitur, obligatus est infra sex menses litteras sub plumbe expedire.

17 Quid si infra sex menses non expeditis.

18 Beneficium vacans ob non expeditionem litterarum ad Pontificem peruenit.

Hæc breuia de capienda possessione concedi solent: primo, cum beneficia Pontifici reserua, vel affecta sunt, & prouisor nondum litteras expedit. Tunc inquam, ne eius possessio retardetur, expeditur breue, vt nomine camera possessio accipiat. Secundo expeditur breue, cum litteræ expeditæ sunt & prouisor à capienda possessione impeditur, vt huiusmodi impedimentum tollatur. Tercium huius breuis referret Garcia 6. p. de benef. c. 3. n. 3. circa cuius intelligentiam aliqua notanda sunt.

1. Primo notandum est, per illud non derogari decreto Trident. sess. 24. cap. 20. de reformat. vbi cauetur causas omnes, etiam beneficiales, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognosci debere, exceptis his q. iuxta canonicas sanctiones apud sedem apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique causa iudicauerit summus Pontifex per speciale rescriptum, signaturæ sanctæ tatis suæ manu propria subseribendum, committere; aut auocare. Non inquam, huic decreto per huiusmodi breue derogatur. Tam quia huiusmodi breue executionum est, & summariam tantum cognitionem requirit, neque introducit causam, sed causam exequitur. Tum quia non minoris efficacitatis est, quam rescripta signaturæ manu Pontificis subseripta. Tum quia ita congregatio concilii declarant; vt refert August. Barbosa in supradicto decreto his verbis: Prouisor per sedem apostolicam de beneficiis reseruari possunt: vitium breuium in fauorem litterarum, seu nomine camera apostolica ad accipiendam possessionem cum auctore eiusdem camera directarum citare, & ad iudicium coram eodè auditori camera possessores litigiosorum occupantes, & detinentes, ac si coram ordinario super possessorio tantum causa ventileretur, & si sententia super eodem possessorio prolata fuerit, potest aduersa causam in curia committere.

2. Secundò notandum est, huius breui executionem committi tam generali auditori camerae Apostolicæ, tum aliis personis in dignitate constitutis, iuxta textum in cap. statutum. de rescript. in 6.

3. Tertio nota, regulariter nunquam hæc breuia concedi, nisi super beneficia reserua, seu affecta, & ad Romanum Pontificem pertinentia. Quia hic modus prouisionis arguit hæc beneficia propriè esse Pontificis, neque illorum prouisionem a iis competere. Alias non intendet, vt nomine suo possessio acciperetur. sic Garcia 6. p. de benef. cap. 3. n. 11. consentit Gonzal. reg. 8. Cancell. gloss. 9. annotat. contra nullum, & asten. n. 262.

4. Ex quo fit, esse subreptitium breue, si sit de beneficio litigioso, & litis non fuerit mentio facta, sic Garcia 6. p. cap. 3. n. 14. Gonzal. annotat. contra nullum, & attentata n. 272. Et ratio esse potest, quia Pontifex non præsumitur velle iura litigantium derogare.

5. Quarto nota, breue de capienda possessione, etiam nomine camerae, esse ad vilitatem prouisi, & vt melius eius prouiso executioni demandetur: si quidem ipsa camera apostolica possessionem accipit, vt illam cedat in prouisum, & prouisor vitute illius cessionis gaudet privilegii possessionis beneficii, ac si à Principio ipse per se possessionem accepisset. Gonz. gl. 34. n. 113. Garcia 6. p. cap. 3. n. 17. vnde si prouisor incapax est beneficii, vel ob vitium personale, vel quia gratiam subreptitè obtinuit, supradictum breue de capienda possessione, quod acceptum est, nullum est censendum. Gonz. gloss. 9. annotat. contra nullum, n. 278. Garcia 6. p. n. 18. & leg.

6. Aliquibus non licet difficultatem ingerit, quod possit possessio nomine camerae apostolicæ capta in alium transferri: quia possessio potius actum quam ius respicit: at tamen dubitari non potest cum à Gregor. XIII. in sua constitut. 24. incipiente ad Romani. sub to. Julij 1575. sic statutum sit. An autem sufficiat quod solum camera apostolica possessionem assignet, & cedat

